

Band VIII., Nr. 3338, Seite 452

Papst Martin IV. verbietet, die Mönche und Laienbrüder sowie die Tiere und sonstigen Güter des Klosters Blaubeuren auf Grund angeblichen Gewohnheitsrechts zu pfänden.

Orvieto, 1284. April 27.

Martinus episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . . abbati et conventui monasterii de Blabur ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et laici asserentes in vos aliquid questionis habere aliquando monachos, interdum vero conversos et nonnumquam animalia et alia bona monasterii vestri pretextu cuiusdam prave consuetudinis temeritate propria vadiare capere ac tamdiu detinere presumunt, donec sit eis de huiusmodi questionibus iuxta ipsorum beneplacitum satisfactum, quamquam iurisdictionem, qua hoc possint, in vos non habeant ordinariam seu etiam delegatam. Cum itaque iudicialis vigor sit ideo in medio constitutus, ut nemo sibi audeat sumere ultionem et ob hoc id tamquam nullo iure subnixum non sit aliquatenus tolerandum, nos volentes quieti vestre consulere ac predictorum malitiis obviare auctoritate presentium districtius inhibemus, ne quis occasione predictae consuetudinis vobis memoratas inferre molestias aut eiusdem monasterii bona absque iuris ordine occupare capere vadiare seu quomodolibet detinere presumat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum apud Urbem Veterem, V. kalendas Maii, pontificatus nostri anno quarto.

—

Nach dem Original.

An roten und gelben Seidenfäden die bekannte Bulle dieses Papstes. Auf dem Umschlag rechts *Māūr*, links unter demselben *Jāc Romān*, darüber Kostenvermerk: 3 wagrechte Striche nebeneinander. Oben rechts in der Ecke *An*, zweimal durchstrichen. Auf der Rückseite oben in der Mitte *P de scō Laurentio*, links in der Ecke *C*.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

Signatur/Titel des Originals:

St. Blasien U 280

Editionen:

CHRISTOPH BESOLD: Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...], 2 Bde., Tübingen 1636, 923 = FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, 183 = AUGUST LUDWIG REYSCHER (HRSG.): Sammlung altwürttembergischer Statuar-Rechte, Tübingen 1834, 306.

Regesten:

Potthast: Regesta pontificum, 22127.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Orvieto

Ortsindex:

Blaubeuren Wohnplatz (16722)

Blaubeuren, UL

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Orvieto, Umbrien, Italien